76

DE

# ATURA VERTIGINIS

DISSERTATIO

*INAUGURALIS MEDICA*

QUAM

NSENSU ET AUCTORITATE GRATIOSI
MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITERARIA BEROLINENSI

UT

MMI IN MEDICINA ET CHIRURGIA
HONORES RITE SIBI CONCEDANTUR
E XXIV. M. MARTII A. MDCCCXXIII.

H. L. Q. S.

PALAM DEFENSURUS EST

AUCTOR

AEMILIUS RICHARDUS KIND

SAXO.

OPPONENTIBUS:

ZIMMERMANN, MED. DR.
MATTERSDORF, MED. DR.
HASCHKE, MED. ST.

FORMIS BRÜSCHCKIANIS.

perpendantur, curentur. Sed iidem pro maxima, quae iis propria est, symptomatum inconstantia, pro incognita adhuc nervorum natura et agendi ratione difficillimi sunt observatu et iudicatu et pro observationis et iudicii difficultate omnibus licet adhibitis, quae contra eos commendari solent, remediis raro perfecte et saepe omnino non fugantur.

Inter hos graviores systematis nervosi morbos vertigo, minus propter periculum, quod vitae ipsi minatur, quam ob iniucundissimum, quo homines vexat atque perturbat, sensum, haud scio, an principalem locum obtineat.

Quo de morbo quamvis doctissimi iamiam iique experientissimi medici luculenter et copiose egissent, tamen mihi visum est, de eius symptomatibus, causis, prognosi et cura aliquid conscribere. Quod quidem solo hoc a me fit consilio, ut scientiae meae rerum medicarum, quae perbene sentio quam sit adhuc debilis atque exigua, specimen exhibeam. Tantum enim abest, ut novi quidquam de hac materia me prolaturam arrogans existimem, ut valdopere potius timeam, ne falsi nonnihil edicam, aut multum recti ab aliis iam pridem observati minus diligens ommittam.

# Caput I.

## Symptomatologia.

Nomine vertiginis significatur iste sensuum ex-
ernorum status, quo variae eorum affectiones
revissima post temporis intervalla se invicem sub-
equentes atque excipientes ab animo non satis
ene percipi et clare distingui possunt, unde ve-
emens quaedam atque peculiaris sensorii com-
iunis perturbatio nascitur.

Omnes res externae ad eum sensum pertinen-
s, a quo vertigo proficiscitur, aut, si maior
ertiginis adest gradus, omnium sensuum obiecta
onfundi atque inter se misceri videntur, unius-
uiusque rei fines non acute discerni possunt. Ob-
cta visus in circulo circumagi aut descendendo

evanescere, aut surgendo celeriter adpropinquare, geminata adeo et multiplicata interdum videntur. Sed si quis graviore vertiginis gradu afficitur, initio omnes res non solum circumagi, sed etiam modo singulari claro splendere videntur colore, qui vero splendor, adaucta adhuc vertigine, sensim sensimque minui et in densam denique caliginem transire solet. Inde patiens, licet omnibus quae supersunt ipsi viribus nitatur, ut status aequilibritatem sibi reservet, hac amissa titubare incipit et cadit, quam ob rem haec gravissima vertigo caduca a medicis est appellata.

Quae quidem variae in variis hominibus a vertigine procreatae visus affectiones diversarum apud diversas nationes denominationum huius morbi ansam praebuerunt. Graecorum enim vocabulum δῖνος (rotatio) 1), quo hanc affectionem

---

1) Marcus Herz in libro, qui „Versuch über den Schwindel" inscriptus est, (pag. 113.) opinionem profert, Graecos minus ob sensum rotationis omnium nos circumdantium rerum, quam ob originem vertiginis e motu rotatorio corporis nostri, vertiginem vocabulo δῖνος significasse, cum dicat, hoc eodem verbo saltationem aliquam rotatoriis motibus insignem apud Graecos appellatam fuisse. Sed nescio, cur a secunda demum huius verbi significatione eiusdem usum pro notione vertiginis petiissent Graeci, cum a prima (rotatio) repetere suo iure potuerint et cum satis notum

ignificarunt, ad eundem circularem motum, quam lomani verbo vertigo (quod a verbo vertere lerivandum esse videtur) exprimere studuerunt, pectat, ita ut mera versio graeci δῖνος in latinum ertigo facta esse nobis videatur. Illam vero ertiginem, qua nigrum omnes res induere vi-entur colorem, σκοτόδινον, seu σκοτοδίνην, seu σκοτοδινίαν, eu σκοτοδινίασιν veteres inter Graecos de rebus medicis criptores vocarunt. Qua ex denominationum mul-itudine forsitan non inepte colligitur, illum mor-um graviore hoc gradu a Graecis saepissime ob-ervatum esse. Ab alia quadam sensus specie, uae non nisi vehementiorem vertiginem comitari olet, desumsere nostrates vocabulum suum chwindel (sc. a verbo schwinden, eva-escere).

Angli vocabulo dizziness, giddiness, wimming of the head titubationem potius et ensorii communis imbecillitatem, quam externo-um sensuum affectionem indicant.

Ab illa perturbationis visus specie, quam ra-am quidem, sed periculosissimam observari dicit

---

sit, veteres medicos nomina morborum minus a causis eos procreantibus, quam a phaenomenis, quibuscum apparent, depromere solitos fuisse.

Boerhaave et secundum quam fugere atque adpropinquare obiecta videntur, nullus mihi quidem notus populus nomen pro vertigine depromsit. Nec unquam ab affectionibus aliorum sensuum vertiginosis huius aegritudinis nomen desumtum est; quamvis notum sit, etiam auditus obiecta, si brevissimis intervallis et contra legem sese excipiunt, eodem modo, quo obiecta visus in vertigine confunduntur, confundi atque inde perturbationem sensorii communis produci. Quod non mirum, nam a potiori et frequentiori fieri solet denominatio.

At non sola externorum sensuum perturbatione efficitur notio vertiginis; sed simul sensorium commune laborat et non parum pervertitur, licet plerumque, certe nisi summo quis vertiginis gradu afficiatur, conscientia non omnino sublata esse soleat. Haud scio enim, quo iure vir longe experientissimus, Gmelin 1) contendere velit, sensum internum vertigine non perturbari, cum quotidiana quemvis edocere possit experientia, perturbationem sensus interni, quae a vertigine primum in oculos vim suam exercente proficisci solet, vel clausis oculis non statim desinere,

---

1) Allgem. Pathologie p. 176.

ed per aliquod adhuc temporis spatium remanere, uod fieri nequeat, si solos externos sensus, sauio sensorio communi, vexaret illa confusio.

Peculiaris illa, quam vertiginem vocamus, ensuum affectio potissimum ad organon visus ertinet, licet nullus negare velim, interdum tiam ab auditu oriri illam perturbationem. Sed varia obiecta in gustum, vel olfatum, vel tacum vim suam celeriter se subsequentes exercent, ertiginem inde nasci non observatur, cuius rei ausa in natura unicuique sensui propria et in ompluribus aliis momentis, de quibus infra coiosius nobis dicendum erit, quaerenda est.

Addamus, haec vertiginis phaenomena saeissime cum aliorum morborum symptomatibus oniungi, nec non in alias affectiones, easque raviores, quin etiam interdum lethales transire. bservantur enim haud raro cum vertigine simul ausea, vomitus, cardialgia et alia nervorum veniculi pathemata. Transitus interdum fit vertiinis in animi deliquium, raro quidem, sed non unquam in apoplexiam atque paralysin gravissiam.

# Caput II.

## Aetiologia.

Multae sunt et variae vertiginis causae, secundum quas iam Galenus eam in idiopathicam et symptomaticam non inepte divisit. Observatur enim vertigo modo sola et cum nullo alio morbo coniuncta, modo simul cum aliis iisque nervorum affectionibus et ex eodem, quo illae nascuntur, fonte oriunda. Illa idiopathica est et morbum per se efficit, haec vero symptomatica et ab aliis morbis et quoad causam et quoad prognosin nec non curationem dependens. Inter causas, quae idiopathicam vertiginem pariunt, sunt nonnullae,

ıae vel in sanis hominibus eam procreare solent, causarum occasionalium nomine apud pathagos veniunt.

Huc pertinent praecipue celeres corporis nosi motus et activi et passivi. Nam si quis cerrime circa axem suam se convertit, vertigine ndem corripitur et aequilibrii amplius non com›s titubat et cadit. Multi sunt homines, qui rru celiter vecti male se affectos sentiant et voendi conatu, quin etiam ipso vomitu crucientur. mnis illa aegritudo, cui nauseae nomen est, qua ii vexari solent, qui primum navi vehunr, nihil aliud, nisi vertiginis est species; nam celeriore illo atque insolito motu aequilibrii serndi impotentia et vomitus oriuntur.

Nec parvi imaginationis vis ad procreandam rtiginem est momenti. E solo enim eoque vano terdum cadendi timore haud raro summa proiscitur vertigo. Plerique homines in excelsa turri, ae lorica non est circumdata, stantes et ad lan infra se positam planitiem despicientes ex lo decidendi metu vertigine afficiuntur, cum lem tranquilli et constantes maneant, si secura rica omnem periculi metum tollit. Quid, quod mo velit angustum pontem transire adminiculo rentem, quem eundem, si adminiculo instructus t, unusquisque tranquillo animo nec hoc ipso xilio in usum vocato transire solet? Quae phan-

tasiae in procreandam vertiginem potentia iam inde elucet, quod a multis hominibus vel consuetudine vel fortiore animi intentione metus ille fugari potest, quo fugato vertigo etiam tum non oriri solet, cum verum adest atque summum cadendi periculum. Cuius phaenomeni luculentissimum exemplum exhibent audacissimi illi homines, qui ambulatione et saltatione in funi extenso spectatorum admirationem et pecuniam sibi quaerunt.

Immo in multis tanta imaginationis est vis cum tanta animi debilitate coniuncta, ut ex sola rerum periculosarum cogitatione vertigo in iis oriatur.

At non solum periculi timor atque cogitatio, verum etiam rerum infinitarum sensus atque cogitatio gignit in multis hominibus vertiginem. Si quis interdiu diutius oculos ad coelum serenum tollit, aut si magnam planitiem nive obtectam aut superficiem maris tranquilli, aut unumquodque spatium, in quo nullum punctum fixum, ubi nullum finem discernere potest, spectat, aut si de numero infinito vel de ipsa aeternitate cogitare studet, vertigine magis vel nimus completa corripi solet. Sed etiam huius e sensu seu cogitatione rerum infinitarum natae vertiginis causa primaria in aliqua timoris specie quaerenda mihi videtur. Est enim animo humano innata quae-

n atque a natura ipsa insita cupiditas, punc- n aliquod fixum et quoad tempus et quoad um habendi, cum quo praesens tempus et lo- n, quo versatur homo, comparare queat, unde suam ipsius in loco et tempore praesentiam to aliquo iure concludere possit. Quo puncto sublato, metus in homine nescio quis oritur, ipse cum rebus infinitis commisceatur et ip- s discretam a reliquis rebus personam, quam quam rem singulam servandi summum unicui- e innatum est studium, deperdat. Ex quo eo- n timore coeca illa omnium hominum cupidi- , se cum aliis, qui sui sunt generis, conso- ndi orta mihi videtur. Haec de idiopathica tigine.

Causae, de quibus hactenus dictum est, ad imum potius, quam ad corpus pertinent et, ut nstat, in sanis quoque hominibus ad procrean- n vertiginem occasionem praebere solent. Aliae olius corporis affectionibus sunt repetendae et tigo ex his nata symptomatica dicitur. Est m haec passio plurimorum morborum comes ue pedissequa et ex eodem, quo hi morbi pro- unt, fonte atque origine derivanda.

Hunc fontem plerique pathologi non male in repletione aut in inanitione aut in mpathia quadam quaerendum esse censuerunt nque ob rem vertiginem aut sthenicam seu

hypersthenicam, aut asthenicam aut, sympathicam vocarunt.

Est illa quidem symptoma omnium fere graviorum ventriculi affectionum. Saepius coniungitur cum hypochondria et hysterismo. In febribus acutis haud raro observatur vertigo. Sequi solet primarum, quae dicuntur, viarum sordes, deinde haemorrhagias copiosas nec non omnes omnis generis copiosas excretiones atque secretiones, sudoris nimirum, urinae, seminis, muci, salivae etc. Oritur illa post suppressionem incautam atque subitaneam haemorrhagiarum et reliquarum excretionum, quibus corpus adsuetum est. Si quis certis anni temporibus laborare solitus est regularibus arthiticis affectionibus, aut si quis per longius temporis spatium ex ulcere ammiserat pus, et si hae affectiones repente et praeter norman evanuerunt, vertigine eos excipi saepissime videmus. Laesiones et commotiones capitis vertiginem subito procreant, quae inde orta per longum tempus, (symptoma pessimi ominis,) remanere solet. Spasmodicae omnis generis affectiones comitem habere solent vertiginem. Cum summa defessitate et lassitudine coniungitur saepissime illa, quae vertiginis est, sensorii perturbatio. Congestiones ad superiores partes et inter omnes, quae tales efficiunt congestiones, causas imprimis aër respirationi non conveniens inter

menta vertigini procreandae occasionem prae-
tia numerantur.

Sunt vero etiam causae ad vertiginem dis-
nentes.

1) Negari non potest, peculiarem aliquam
ithesin esse vertiginosam, in cuius naturam
ie fontem altius inquirere non liquet. Nam
id raro in hominibus alioquin omnino sanis
la earum, de quibus dictum est et dicetur,
sa agente affectiones vertiginosae observantur.

2) Altera causa praedisponens posita mihi
etur in vi imaginationis adaucta atque prae
quis animi facultatibus, aut minus fortibus,
minus excultis praevalente. Quae res intel-
u haud est difficilis; nam quum ex solius
ginationis efficacia oriri saepius videamus ver-
nem, quid mirum, quod ii homines ad eam
eriantur magis dispositi, in quibus agilis haec
ni facultas prae ceteris, praesertim prae iudi-
di atque concludendi facultatibus valet i. e. in
bus phantasia mentem atque rationem superat?

3) Huc pertinent denique omnes illae cau-
quae homines ad omnes reliquos nervosi sy-
natis morbos et sthenicos et asthenicos, ut di-
tur, disponere possunt. Eiusmodi sunt potus
victus iusto lautior, praesertim cum quis ad-
adolescens eo fruatur; deinde abusus narco-
rum, aromaticorum, spirituosorum et reliquae

res per nimiam quam in corpore efficiunt irritationem nocivae. Ad has praedisponentes causas omnes quoque res numerandae sunt, quae, ut illae, de quibus modo diximus indirecte, ita directe debilitare solent cerebri atque totius systematis nervosi vim; scilicet fames et nimia sitis, effrenus rei venereae usus, vigiliae, animi, quas deprimentes vocant, perturbationes, nimia animi intentio, praesertim si noctu quis et invita, ut dicunt, Minerva studio literarum earumque praecipue, quae non nisi ad unam eandemque animi facultatem pertinent e. g. mathematicarum, maiore, quam debeat, assiduitate atque diligentia se tribuat etc.

## Caput III.

### De sede et processu pathogenetico.

Fuerunt inter pathologos, qui sedem vertigi-
in ipso visus organo et naturam eius non
in abnormi nervorum ophthalmicorum statu
tam esse contendere vellent. Quam quidem
ionem maxima certe ex parte falsam esse at-
irritam, iam inde apparet satis luculenter,
l clausis quoque oculis et in loco perfecte
inoso tales homines, qui propter diathesin
, de cuius remotiore causa sermo esse om-
non potest, ad vertiginem magis dispositi
iuntur, quam alii, saepius vertiginosa pas-
laborant. Accuratissime huius sententiae

perversitatem disertis verbis demonstravit ille vir cui summa in rebus medicis fides habenda est. Dicit enim hac de re Hermannus Boerhaave:

„Quaero nunc porro, quaenam sit sedes huius mali? i. e. quaenam pars in corpore affecta sit, quando ille morbus adest et quae iterum liberetur, quando recedit? Respondeo, sedem illam esse in sensorio communi; non dico causam integram, sed ultimam affectionem, quando vertigo infestat, esse in hoc loco. Probo hoc sequenti modo: nunquam fit ille morbus sine affectione visus, cuius organum perturbatur; afficitur enim in motu, quippe omnia obiecta videntur semper rotari; hinc organa visus eadem ratione se habent, ac si obiecta moverentur ante oculum: afficitur in colore, nam colores apparent coeruleovirides, et distinguuntur tamen obiecta, nec totum obiectum confuse circumvertitur, sed distincte cernitur; afficitur ipse oculus, sive fiat mutatio axis visus, vel oculi, vel retinae, nam apparet visus geminatus, suntque vel duo foci, vel duo obiecta in uno foco; ultimo terminatur in tenebras, quae est mera visus affectio. Afficitur etiam auditus, nam conquerentur de tinitu, sibilo, bombo; de murmure aquae quasi ex alto labentis in corpus elasticum, et de fremitu maris ad aures quasi appellentis. Hoc ipsum docet vacillatio, tremor, resolutio, lapsus; afficitur ergo etiam

lla pars, quae affectionibus animi inservit; et quia omnes musculi vacillant, hinc afficitur sensorium commune in parte impetum faciente 1)"

Nihilominus nemo negabit, cum luculentissimorum exemplorum multitudine comprobatum it, saepissime ab affectione organi visus profectam animadverti vertiginem, rarius ab affectione uditus, nunquam vero illam a reliquis sensibus, ustu, olfactu, tactu oriri. Est vero diligentis naturae scrutatoris in causas huius rei inquirere et egem aliquam elicere, ob quam illi, qui minus obiles vocantur, sensus ad procreandam vertiginem omnino non faciant.

Copiosus hac de re disseruit praestantissimus e vertigine scriptor, Marcus Herz 2), cuius ententia, quam multis iisque aptissimis more uo illustravit exemplis, omne nostrum tulit unctum.

Aeternam enim animadvertimus, quam non abemus qua ratione porro explicemus, psychologicam legem, secundum quam certo quodam animus umanus indiget temporis spatio, ut res ab ex-

---

1) Praelection. acad. de morb. nervor. p. 480.

2) Versuch über den Schwindel. Berlin 1786. pag. 7.

ternis sensibus sibi adlatas recte percipere possit. Quod quidem spatium pro varia variorum hominum percipiendi facultate et pro variorum, qui afficiuntur, sensuum natura, et pro rerum animo adlatarum diversitate aut latius, aut angustius esse debet.

Auditus ceteris sensibus peculiari aliqua antecellit virtute, secundum quam plurimae per illum brevissimo tempore percipi possint impressiones, quam causam esse, cur omnes gentes, ut communicent sibi invicem suas cogitationes, auditum, non visum aut alium quem sensum in auxilium vocarint, ille scriptor contendit 1). Visui non tanta est multas res brevi tempore percipiendi facultas. Oculus diutius in unaquaque re sibi oblata fixus esse debet, ut perfectam eius rei sibi comparare possit animus cognitionem; non tam celeriter videre possumus, quam audire. Nam si una aut celerrime sese invicem excipientes multae res oculo offeruntur, animus eas non solum non potest accurate percipere et certam aliquam de iis notionem sibi formare, sed etiam ipse perturbatur et vertigini succumbit; cum contra sit rarissima vertigo ex auditu originem repetens.

---

1) l. l. p. 17.

Cuius rei causa, utrum potius in peculiari
orum sensuum natura, an in maiore vel minore
rum in statum animi efficacia, an in minore
ter se sonorum, maiore figurarum et colorum
ter se diversitate, an in alio quodam momento
aerenda sit, mihi quidem non satis constat.
uae vero omnes qualitates aliquid ad stabilien-
m hanc psychologicam legem conferre mihi vi-
ntur, plurimum autem efficere et principalem
ere personam connexum illorum sensuum cum
imo vel magis, vel minus arctum existimo.
am ex solius huius arctae cum animo coniunc-
nis absentia intelligi potest, cur nunquam inde
sensibus minus nobilibus, a gustu nimirum,
actu et tactu vertigo originem capiat, licet
mma sit inter obiecta horum sensuum diversi-
, et licet maiore temporis spatio opus sit, ut
pressiones in hos sensus agentes ab animo ac-
rate atque distincte percipiantur.

Qua quidem in psychologica lege causa ver-
inis propior aut, quem dicunt, processus pa-
genericus reperiri posse, mihi visum est. De
xima vertiginis causa, nimirum de natura ip-
um, quas procreari collegi potest organismi per
tiginem, mutationum nihil adhuc certum at-
ab omni parte absolutum inventum est et
bito, unquam quid inventum iri. Nam quae-
aque de proxima in universum morborum,

praesertim vero eorum, qui ad systema nervosum pertinent, et vertiginis in specie dicta sunt, aut non de ipsis, quas patitur organismus, mutationibus agunt, sed vel causas occasionales, praedisponentes et propiores spectant, aut verba potius atque notiones, quam res ipsas, de quibus quaestio est, explicant, aut, qui mos ab omnibus, qui de rebus medicis scriptores existere volunt, fugiendus maxime atque spernendus est, hypothetica, quae per nullas observationes et per nulla experimenta confirmari possunt, habere solent fundamenta.

Eiusmodi sunt, quae Methodici de extensione ac relaxatione nervorum, quos cum chordis extensis compararunt, loquuti sunt. Huc pertinent, quae de confusione spirituum animalium in cerebro, tanquam causa vertiginis proxima, protulit Thomas Willis 1), vir alioquin haud dubie doctissimus atque rerum medicarum experientissimus.

Talis generis sunt, quae de rotatione spirituum vitalium Zacutus 2) et Plater 3) statuerunt.

---

1) Oper. tom. II. p. 184.

2) Oper. tom. II. p. 243 et seqq.

3) Praxeos medic. tom. I. p. 175 et seqq.

Non magis firmata atque experimentis ac ob-
rationibus comprobata est, quam Marcus
rz 1) suam esse dicit de causa vertiginis pro-
a, sententia, secundum quam hunc morbum
accelerata fluidi nervosi secretione
ucere vult.

Quis enim unquam praesentiam extensio-
et relaxationis nervorum, quis prae-
iam spirituum animalium vel vita-
m, quis fluidum esse nervosum experi-
ntis demonstrabit?

Nec equidem scio, quo iure recentiores qui-
n medici cunctos nervorum morbos e depra-
processu aut electrico, aut galvanico, aut
gnetico oriundos esse dicant.

Neglectis talibus hypothesibus, quae nullis
firmis comprobari possunt argumentis, malo
viro longe experientissimo, qui novissimus
morbis nervorum est atque luculentissimus
otor 2), candide profiteri, incertissimam et
icatu difficillimam esse causam vertiginis pro-
am.

---

1) l. c. p. 188.
2) Neumann, Krankheiten des Vorstellungsvermögens. (1822.) paragr. 98.

Sed optandum haud dubie est, ut de ipsis quae in organismo per vertiginem procreantur mutationibus nisi perfectam, de qua prorsus desp pero, certe accuratiorem, quam hucusque, nan ciscamur cognitionem. Nam tunc denique de ra tionali huius affectionis curatione sermo inter me dicos esse poterit.

## CURRICULUM VITAE

### EX DECRETO

### GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

### BEROLINENSIS

### ADIECTUM.

---

Ego Aemilius Richardus Kind, natus sum Lipsiae ie XVII. mensis Februarii a. MDCCCI, patre Carolo hristophero, Doctore iuris utriusque, Senatore urbis ipsiae et iudice in causis publicis criminalibus, cuius ıortem praematuram maxime lugeo, matre Augusta gente Heuniana, quam ut diutissime mihi servet, a eo pia mente precor.

Postquam religionis et literarum initia a praecep- oribus privatis accepi, decem annos natus a patre :holae Thomanae, quae floret Lipsiae, instituendus ım traditus, ubi optimorum nagistrorum Rostili,

Reichenbachii, b. Friedelii et Weigelii disciplina usus sum. Quam scholam quum per quatuor fere annos frequentassem et quum pater meus diem obiisset supremum, quatuordecim annos natus ad scholam Portensem provincialem sum deductus et in eius alumnorum numerum receptus. Per annos quatuor et quod excurrit institutione praeceptorum, quibus iure suo praeclara haec schola gloriatur, sum fruitus. Inter hos praeceptores Dr. Jlgen et professores Schmidt, Lange, Gernhard, b. Fleischmann, Wolf et b. Schmidt tam bene de me meriti sunt, ut cara eorum nomina pio animo per omne tempus a me sint colenda. Qua vero humanitatis ac bonarum artium sede anno MDCCCXIX relicta Lipsiam me contuli medicae arti discendae operam daturus. Ibi propinqui mei, quorum carissimos patruum Hieronym. Theophil. Kind, iuris utriusque Doctorem et iuridicae Facultatis Lipsiensis assessorem, et avunculum Johann. Henr. Seyfferth, in pagis, qui senatui Lipsiensi subiecti sunt, iuridicum, gratissimo semper veneraturus sum animo, multis et variis me cumularunt beneficiis.

A Rectore Universitatis Lipsiensis magnifico, b. Joh. Christ. Rosenmüllero, professore anatomiae inclyto, mens. Martio anni MDCCCXIX numero civium academicorum adscriptus sum. In philo-

ıicis audivi Excell. Krug et Heinroth, in histo-
; Ill. Beck, in mathematicis Excc. Mollweide
Moebium. Physicis in rebus me instituit Exp.
bert, in chemicis Exp. Eschenbach et Gilbert.
tomiam et theoreticam et practicam me docuerunt
b. Rosenmüller, Exp. Weber et Bock, ana-
iam pathologicam Exp. Cerutti, physiologiam ve-
Exp. Kühn et Weber. In botanice ducem se-
tus sum Exp. Schwaegrichenum et Kunzeium,
athologia Exp. Wendlerum, in materia medica
. Haaseium, in arte formulas medicas conscribendi
. Schwarzeium, in therapia Exp. Pucheltum
Haaseium. De variis artis medicae disciplinis ex-
na mecum instituit Exp. Haubold, de quo con-
ctissimo mihi gratulor amico. Artem obstetriciam
heoreticam et practicam didici ab Exp. Joergio.
Anno MDCCCXXI examine rite peracto gra-
ıs medicorum Lipsiensium ordo me dignitate Bac-
urei medicinae ornavit. Deinde in clinico Lipsiensi
tuto sub auspiciis Ill. Joh. Christ. Aug. Clari,
inter omnes meos praeceptores pro multis ac va-
quae in me contulit beneficiis, infinitam habebo
iam, practicae medicinae per anni et quod excurrit
ium operam dedi. Ibique Exp. Kuhlii et Wend-
li lectionibus apud lectulos aegrotorum habitis in-
ui.

Mense Octobre anni praeteriti variis causis ac rationibus adductus et amicissime ab avunculo carissimo Car. Heun, Sacrae Reg. Maiestat. consiliar. secret. invitatus et filii instar in domum suam receptus Berolinum me contuli ibique lectiones clinicas Ill. Berendsii et Ill. Neumanni, nec non lectiones ophthalmiatricas, chirurgicas et akiurgicas Exp. Jüngkenii frequentavi.

Nunc vero, tentamine et rigoroso, quod vocant, examine rite peracto, dissertatione et thesibus publice defensis, spero fore, ut gratiosus medicorum Berolinensium ordo summos in medicina et chirurgia honores in me conferat.

## THESES DEFENDENDAE.

I.

tiginis idiopathicae non nisi empirica est curatio.

II.

ius inconstans morborum signum.

III.

·bi acuti morbis chronicis non recte opponuntur.